

hominis firma

taliter prauitates

tes fuerit

simus digni

se factus

noce terra

noce terra

uis curare et augere in me

rebuir puerum **S**irrahon **D** **G**

Amelioros uictus quibus d. **ip** **em**

D **o** **o** **s** **o** **n** **e** **s** **i** **c** **i** **f** **i** **c** **i** **s** **t** **h** **u** **i** **s** **o** **m** **n** **i** **a**

scorum in re semp ueritatem

stari et in se parua simplicitate

uicium **D** **o** **s** **o** **m** **n** **i** **a** **s** **i** **m** **p** **l** **i** **c** **i** **t** **a**

in quon olesita aduicta parua

in hoc dente huius olesita in re tua

quod omnia omnia aduicta in re

Amelior **D** **o** **s** **o** **m** **n** **i** **a** **s** **i** **m** **p** **l** **i** **c** **i** **t** **a** **x**

restra quod **o** **d** **o** **s** **o** **m** **n** **i** **a** **s** **i** **m** **p** **l** **i** **c** **i** **t** **a**

D **o** **s** **o** **m** **n** **i** **a** **s** **i** **m** **p** **l** **i** **c** **i** **t** **a** **x**

in re tuos claudum in re tuos

in re tuos claudum in re tuos

in re tuos claudum in re tuos

CCM

ARBOR FAMILIAR

ILLVSTRIVM ET
GENEROSORVM COMI-
TVM HONSTEINIORVM,

POEMA

ILLVSTRI ET GENEROSO
COMITI AC DOMINO, DN. ERNE-
STO Comiti Honsteinio, Domino Lara & Clet-
senbergi, Monasterij VValckenre-
densis Administratori,

Cum

ILLVSTRI ET GENEROSA COMI-
TE AC DOMINA, DN. AGNE COMITE EBER-
steinia, Domina Neugardij & Massavij, secundas
nuptias celebranti Anno à nato CHRISTO
1592. 18. Iunij, sacrum.

Cum Epitaphijs breuibus generosæ prioris Coniugis,
& liberorum communium piè defunctorum.

Auctore

HENRICO ECKSTORMIO M. Ecclesia
& Schola VValckenredensis Pa-
store & Rectore.

Ienæ Typis TOBIAE STEINMANNI,
Anno cl. 15. xcii.

INSIGNIA ILLUSTRIVM
ET GENEROSORVM COMITVM
HONSTEINIORVM, DOMINORVM
Laræ & Clettenbergi.



Hæc sunt hæc præclara insignia, Saxo
Quiq; illustre datum est nomen ab edito.
Marte togâq; potens quorum iam secula virtus
Oris Hercynicis plurima profuit.
Vivat in ERNESTO stirpis generosa propago:
Id quod, CHRISTE, piâ te prece poscimus.

ILLVSTRI ET GENEROSO
COMITI AC DOMINO, Dn. ERNESTO,
COMITI HONSTEINIO, DOMINO LARÆ ET
Clettenbergi, Monasterij VValckenredensis,
Administratori, Domino suo
clementi.

Regni sceptrā gerens gemmea Persici,
Mnemon, vētus equo, cum sibi subditis
Quondam lata soli iugera viseret;
Persam forte habuit Rex pius obvium,
Haustam ferret aquam supplice qui manu;
Quod nec munus ei splendidius foret,
Nec Regi vacuam tendere dexteram
Fas esset: Pietas Regi ea perplacet,
Ac undam phialis excipit aureis.

Sic, Heros atavis magnanimis sate,
Supplex iam mea fert munera Pieris;
Tedis namq; tuis lata favet novis.
Non auro gravis est dextera, nec dabit
Quæ Eōo legitur Gemma sub aquore;
Atqui signum animi carmina fert p̄j.
Ex umbris proavos quæ revocant tuos
Et nomen memori laude tuum vehunt.
His, quaeso, facilem porrige dexteram,
Musa ô prasidium & dulce decus pia.
Sic det Iova tibi mollia secula
Vita, olimq; domos ætheris annuat.

T. Generos.
Subiectissimus
Henricus Eckstormius M.

1 2

ARBOR

ARBOR FAMILIÆ JL-
LUSTRIVM ET GENEROSO-
rum Comitum Honsteinorum.

DVm tædas iterat, Iovâ faciente, jugales
ERNBSTVS, veterum prælustri sanguine
natus

Heroum, Hercynicas qui Marte togaq; per oras
Illustres, sublimi æquarunt sydera laude,
Et clara à Celsa sumserunt nomina Rupe:
Najades Hercynides, Dryadesq; piæ omnia plausu
Complent, sollicitis & tundunt æthera votis,
Pro Domino, Dominaq; novâ te, Iova precantes,
Bructerus ipse pater nebulis caput exserit atris,
Quæ non marcescit, præcinctus tempora pinu,
Et vultu spondens felicia quæq; sereno,
Omen lætitiæ Cælò sua brachia jactat,
Summisq; novam Dominam nutante salutat
Vertice; Lætiâ festâ nemus omne remugit,
Gaudent Rura etiam Cereali munere fæta,
Prataq;, maturis herbis iam proxima messi,
Rident, ac Dominæ meditantur munera, plenis
Quæ portent calathis, læti pia signa favoris.

Et fide conspicuus, redimitus tempora Lauro,
Cynthus Aonias ciet ex Helicone sorores,
ERNBSTI castis quæ dicant carmina tædis.
Debent namq;, Comes mitissime, carmina Musæ
Multa tibi, tranquilla etenim facis otia Musis,
Hic, ubi VVida sacros piscosus perluit agros,
Quos olim summo Iovæ, Musisq; dicarunt
Heroes, quorum es generoso sanguine natus.

Sed

Sed Cleo molli dextra mihi vellicat aurem,
Maxima Mularum, quæ facta immania letho
Eripit, & donat magnis Heroibus ævum,
Et mandat memori seriem committere chartæ
Illustrem Heroum, quorum est ex sanguine origo
Illustri Sponso; virtutum ut laudibus illum
Vrant Majores clari virtute legentem:
Ac ipsi tacitum pertentent gaudia pectus,
Magnorum quoties recolit præconia avorum.

Apta quidem mandat pia Cleo, sed mihi multo
Vilior ingenij vis est, quàm nomina possit
Tanta ut victuris ætatem prodere chartis,
Nomina cortinâ magni dignissima Phœbi,
Aut folijs vatis rectè inscribenda Sibyllæ.

Sed parere meum est, & jussa capeßere Divæ.
At tu Phæbe pater vatum, qui quicquid ubique est,
Orbem perlustrans sublimis ab axe tueris:
Et vos Pierides, placidissima Numina, factis
Tempore quæ nullo perituris cuncta notatis,
Quas penes est sancti constans custodia veri;
Longa quibus series ævi, quibus alta vetustas,
Fidaq; notities non fictæ credita famæ,
Ad nos vix tenuis cujus perlabitur aura:
Aspirate pijs, decet hoc pia Numina, captis,
Vos sacros adytus Heliconis pandite vestri,
Castaliasq; meis labris affundite lymphas,
Et facili venâ carmen dictate vetustis
Depromptum fastis: meministis enim omnia Divi,
Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahantur.

Arbor in antiquâ frondet lætissima sylvâ,
Nominis Hercynici veterem quæ servat honorem,
Parte hæc, Tyrigetum foetus quâ respicit agros.

Hæc quantum ætherias se vertice tollit in auras,
Tantum defixâ radice ad Tartara tendit.
Non illum gelidus Boreas, non humidus Auster,
Immotam carâ potuere evellere sede,
Concussis quoties vastis stridoribus alis
Sylvæ incumbentes, nunc hinc nunc flatibus illinc
Consternunt terram tentato stipite frondes:
Firmiter illa suis radicibus hæret, & altos
Latè diffundit vernante propagine ramos,
Qui fructum & gratam præbêt animalibus umbrâ,
Oestumq; arcentes illis, hyemisq; procellas.
Sed lupo inde vorax, & fraudum conscia vulpes
Exsulat, ac turpis, qui sævit moribus, ursus,
Et quæcunque nocens feritate est belua. Dulces
Huc ponit nidos, ac aëra carmine mulcet,
Quæ cantu suavi niveo est avis æmula cygno,
Et, Philomela, tuas quæ promit gutture voces.
Hic & Apis ponit collectos sedula succos,
Ater corvus abest, rauco qui crocitat ore,
Ciriseq; à tonsis quæ est nomen adepta capillis;
Cantharidesq; absunt fæcunda insecta veneno.

Huc cursim Dryades properant, ubi nuncia fama
De tædis, ERNESTE, tuis, Comes inclyte, venit,
Huc lætæ sua pensa ferunt, fusæq; per herbas,
Accingunt se operis, partitæ sorte labores,
Meleq; Prumneq; Apieq; ac Agriomele,
Cæsariem effusæ per candida colla micantem,
Et Phylire, miti cui ridet gratia vultu,
Ac Elate, quâ non procerior ulla sororum,
Semper cincta caput viridi sublime coronâ,
Ambæ Bructerides, insignes vestibus ambæ:
Et Carye, & Cerasis fusæ, validisq; lacertis

Suspi-

Suspicienda Dryas; Balane, Phegisq; sorores;
 Et Melie gracili reliquas quæ corpore vincit;
 Et Ptelee facie insignis, pulcra & Tanyphyllis;
 Itaq; & Clethre faciem suffusa rubore,
 Vtraque pulcrifluas quæ læta moratur ad undas;
 Et Das, formosi quæ Daphnidis igne calebat,
 Aegirisq; albente comâ, nodoq; fluentes
 Semydis collecta sinus; aliâq; frequentes
 Incumbunt grato per amæna vireta labori,
 Omnes pingere acu doctæ, tenuiq; Minervâ
 Subtiles fulgenti auro discernere telas.

Ergo, ferant Sponso quæ illustri, munera texunt
 Artifici dextrâ: iam splendent arbore totâ
 Ac picti verâ vivunt in imagine vultus
 Heroum, Celsæ gaudent quæ nomine Rupis.
 Et, quæ connubio stabili, pactisq; Hymenæis
 Ducta fuit, cuivis compar sua dulcis adhæret.
 Totq; augusta arbor, quot tendit ad æthera ramis,
 Fulget imaginibus, radijs nemus omne relucet.

Pictus acu Tyrio prior Heros fulget in ostro,
 Imum facundâ complexus in arbore truncum,
 Atque decens viridi caput inclinatus in herbâ,
 Venturæ sobolis spem lætâ fronte serenat.

Huic Linderbecum priscum, Bilsteinaq; avitis
 Fecerunt nomen clarum virtutibus olim.

Iuxta GUTA cubat præstanti corpore Nympha:

Nam propriâ meruit virtute & fortibus ausis

Magnanimi esse gener Ludovici, Barba fugebat

Plurima cui semper propexa in pectore forti,

Dives Tyrigeta, & fortis cui paruit Hesus.

Hoc fata GUTA fuit, vegetæ quæ ubi consita stirpi

Extulit hæc cœlo sese facundior arbor:

(est,
 Alter

Comes Linder-
 becius & Bilstei-
 nius. Vxor Guta,
 filia Ludovici Bar-
 bati, Comitis Thu-
 ringiæ & Hetsia.

Ludovicus & Be-
ringerus Gutæ
FFrr.

Conradus F. Be-
ringeri, conditor
artis Honsteiniz.

Beringerus F. Co-
mitis Linderbecij
& Gutæ.

Ludovicus F. Be-
ringeri, Dominus
Larz. Vxor Adel-
heidis, fundatrix
Monasterij VVal-
ckenredensis.

Alter & hoc satus est Ludovicus, scepra parentis
Qui tenuit, feri cuius tenuere Nepotes:
Atque Beringerus, fratri haud virtute secundus,
Qui paullum Hercynicas sua jura extendit in oras,
Et fortem genuit Conradum, providus arcem
Qui saxi imposuit munitam cautibus altis,
Ad portam Hercyniæ, quæ hoste defenderet agris,
Et post cognatam signaret nomine gentem.

Inde BERINGERVS, prælustris avunculus illi
Hoc nomen dederat, paullatim in stipite surgit,
Ostro, auroq; rigens dulci cum conjuge, cuius
Et genus & nomen nullis sunt prodita fastis.
O infelicem quondam Germanida, virtus
Quam non destituit, sed destituere notarent
Qui pia victuris virtutis nomina chartis,
Barbaries adeo tenebras affundit opacas
Seclo, & propinat securo obliviam Lethe,
Cui sunt cum doctis commercia nulla camoenis.
Sed revocat se Musa, Beringerumq; revisit:
Illum Conradus, consanguinitate propinquus,
Spiritus ætheriam postquam concessit in arcem,
In rupe excelsâ quam pridem struxerat, arce,
Et sylvâ, & pratis, agrisque feracibus auxit.
Ipse etiam lumen postquam vitale reliquit,
Tyrigetum ad saltus cineres sunt conditi in æde,
Ad quam fons undâ scaturit saliente Renhardi,
Et quâ conduntur cognati sanguinis ossa,
Est qui Tyrigetæ quondam dominatus & Hesso.
Hinc sacrâ frondens enascitur arbore ramus,
Martius hunc LUDOVICVS habet, totum ære coru-
Corpus, & ingenti crispans hastile lacerto. (scus
Hic Laram excelsam ditione tenebat avitâ.

Anti-

Antiqua hæc arx est, gelido subiecta Bōotæ,
Prospicit & latè subiectum ex montibus agrum,
Hinc qui Tyrigetam Cereali munere ditat,
Hinc quæ Cheruscus colit, Hercyniæ accola sylvæ.
Hæc tantùm Hercynicas inter caput extulit arces,
Quantùm læta abies sylvam supereminet omnem.
Iam Sponsus tenet illustris, multoq; novavit
Sumtu Majorum sublimia tecta suorum:
Illos namque ferunt (fama est obscurior annis)
Hic regnasse prius, quàm Magni nomine clarus
Carolus Imperij Romani scepra teneret.

Atqui Lotharius, Romani gloria regni,
Saxonicaque decus gentis, complexus amore est
Virtutes, Ludovice, tuas: Sors sive sereno
Rideret vultu, sive ore minante tonaret,
Illius hærebas lateri, ceu fidus Achates.
Atque hinc infidos peteret cum Marte Bohemos.
Militiæ pars magna, feros illapsus in hostes,
Per tesqua ac sylvas dum prælia fortiter urges,
Occumbis, pulcramque petis per vulnera mortem.
Pro patriâ usque adeò dulce est profundere vitam.

Affidet huic ADELIS (sunt non levia argumēta,
Hoc quibus affirmem) faciem velata venustam,
Quæ Clettenbergum dotali jure tenebat.
Hæc post fata viri tædas exosa jugales,
Relligione piâ timidos damnavit amores,
Gazasque ingentes, & divite prædia censu,
Vfibus addicens sacris tibi, Ioua, sacravit.
Lotharius coeptis, motus pietate, favebat,
Et pia dona Adelis donis cumulabat opimis.

Lucus ad Hercyniam est sylvam, lætissimus um
Fontibus irriguus, fæcundis utilis agris, (brâ,
Monti-

B

Monti-

Montibus Hercynicis ortus quos VVida pererrat.
Post VValckenredam vulgò dixêre coloni.
Hîc Adelis templum, tanta est reverentia Iovæ,
Condebat donis opulentum, & nomine Divæ,
Sola illibatae quæ virginitatis honorem
Perpetuum obtinuit, dulci cum nomine matris;
Martiniq; sacris Romæ qui præfuit, urbeq;
Exclusus, pulcrum asseruit quoque funere verum
Solerti & mirâ solidi compagine saxi
Aemula sydereo surgebat machina cœlo,
Quæ vel Mausoli poterat certare sepulcro, (be.
Vel moli, quam Ephesus tibi condidit, aurea Phœ-
Scilicet hîc caneret ter summo ut carmina Iovæ
Turba dicata Deo, & pulsaret sydera votis,
Sacrorumq; rudem populum, teneramq; juventam
Artes ingenuas, & Cælica verba doceret,
Per quæ Iova piis Cœli pater annuit arcem.

Sed cum rafa cohors aris adoleret honores
Fictos, & nihili faceret pia iussa Tonantis,
Turpiter indulgens (foedum) Veneri atque Lyæo,
Ampla domus tandem vastâ est excisa ruinâ,
Cum quondam Agricolas rure excivisset Enyo:
Iam pendent, horrendum, opera inclinata, minæq;
Murorum ingentes, æquataque rudera Cœlo.

At Sponsus, Sponsiq; parens, pia dona suorum
Majorum sacros revocarunt rursus ad usus,
Naufragii tabulis collectis: iamque juvenus.
Hîc rectè ad studia & mores formatur honestos,
Salvificique sonant templis oracula verbi,
Quæ Latius Baal fædè spurcaverat olim.
Quicquid mortale est Procerum de gente fatorum
Honsteinicâ, hîc compostû urnâ post fata quiescit,
Exspe-

Exspectatque tuum reditum, ter maxime IESU:
Tu largire umbris tenuem & sine pondere terram,
Spirantesque Crocos, & in urnâ perpetuum ver,
Ex parte oppositâ frondet quoq; nobilis arbor,
Illâ conspicitur radians THEODRICVS in ostro,
Qui omni Berchberum quondam ditione tenebat.

Theodoricus I. F.
Beringeri.

CONRADI hinc mediis fratres nitet inter imago,
Aque Beringero spatio patre distat eodem.
Assidet huic conjux annis florentibus Anna,
Cui gens illustres Stolbergica præbuit ortus.

Conradus F. Be-
ringeri, Vxor Ana-
na Stolbergica.

EILIGER ascendens viridi hinc in robore splen-
Et vultum mitem radiante ostendit in auro. (det,
Ilfelda hunc tenuit, rapidique Diantoris unda,
Flumineque irriguæ valles, & florida tempe,
Et montes celsi, & sylvæ, stabula alta ferarum,
Eiligeroda, tuis hic vepres primus agellis,
Quos lambit Buda Hercynidum regnator aquarû,
Eruit, & flavâ glandes damnavit aristâ:
Hinc memor illius servas ex nomine nomen.
Ceu quondam Isaides mandata, aurumq; reliquit,
Conderet ut Templum Solymæâ gnatus in urbe:
Sic voti reus hic ædis fundamina jecit,
Quam pius extruxit magno conamine Natus,
Supremamque manum addentes auxere Nepotes,
Alatere illi Gartrudis, fidissima conjux,
Hæret: Gens illam dederat Kirchbergica, cujus
Progenies nostris est intermortua seclis.
Usque adeò toto nihil est quod constet in orbe:
Post pia fata piis constabunt omnia Cælo.

Eiliger I. F. Con-
radi, Dominus Il-
feldæ. Vxor Gar-
trudis Kirchbergi-
ca.

Iam sequitur referens virtute & nomine patrē
EILIGER Eiligerum. Pietatis, ut ista tulerunt
Secula, quæ sacras coluere impensius aras,

Eiliger II. F. Eiligeri I. Comes Honsteinius, Fundator Monasterij Ilfeldensis. Vxor Lutradis Com. de Orlamundâ.



Eximia hic documenta dedit, post fata parentis
Ultima longævi, rerum est ubi facta potestas.
Arcem namque patris dilecti nomen habentem,
Ruraque vicina, & sylvas, & roscida prata,
Mater virgo, tuis donum ingens obtulit aris:
(Henrici nec enim deerant iuffragia Sexti,
Romanas qui Aquilas, augustaq; Icepra gerebat)
Et tibi mole sacram sat magnâ condidit ædem,
Quæ patris & nati, sua quæ custodiat ossa,
Atque eadem reddat quondam rediviva sepulcro,
Compositura orbem totum cum venerit hora,
Quæ rediget cunctos sub leges iudicis æqui.

Hic quondam Latio Bâili turba dicata,
Pinguis aqualiculum distentum, rafa capillos,
Effudit præculas vano sine mente boatu:
At jam pura sonant summi hîc mysteria Iovæ,
A magno Latia est ubi fraus detecta Luthero:
Et pubem, clarus pietate ac arte Neander (stos.
Ad CHRISTVM, ad studia, ad mores invitat hone-

Eiliger at Celsæ Rupis confedit in arce
Vicinâ, tituloque ex illâ & nomine sumto
Honsteinæ Comes est solenni dictus honore,
Virtuti tribuente Henrico præmia Sexto,
Imperijque sacri non refragante Senatu.
Nominis hinc seros manet hujus cura Nepotes.

Apparent juxtâ dilectæ conjugis ora
LUTRADIS, multa in miti cui gratia vultu est,
Ad turbam facilis quo respiciebat egenam.
Tyrigetûm lata gente fuit, quæ nomina claris
Extendit quondam factis, per pinguia culta,
Orla Nariscorum præcorum ubi montibus ortus,
In vitreum Salam tranquillior influit amnis,

Et

Et monti impositis impertit nomina muris.

Hinc ramum rursus protrudit nobilis arbor;
HENRICVS tenet hunc clarâ cum conjugè, cuius
Gens generosa est dicta à Rupe, suisq; marito,
Saxonicis dudum famâ quæ claruit oris,

Oceano propior gelidam jam cessit ad Arcton,
Atq, Novo (ditio est peramæna) virescit in Horto,
Ex quo jam plantam generosam Sponsus adoptat.

Occupat extremum raso cum vertice ran. i
EILIGER, haud ficto flagrans pietatis amore,
Quæ tùm deceptum tenuit persuasio vulgum,
Spontè cuculligeris accessit fratribus istis,
Emendicatâ tolerabant qui stipe vitam;
Nec quoque sic potuit virtus generosa latere,
In coetu raso partes tulit ille Priores,
Isidis Inachiaæ quæ dicta est nomine, in urbe.

EILIGERI at vultus formosus in arbore surgit,
Qui nomen dulcis Genitoris, Avi que tenebat,
Tantumq; fuit Majorum haud degener hæres.
Claudit ei præstans formâ & virtute virago,
Nobilis UTHA, latus, quæ Saxone nata parente,
Lotharium agnato tangebatur sanguine magnum.

Inde THEODRICI vultus se floridus effert,
Oras non leviter patrias qui providus auxit
Muris, proceris queis nomen cessit ab Alnis.
Iuxtaque HEDVIGIS, quam gens dedit Artzia, a-
Conspicitur facie, tantò benè nupta marito. (manâ

HENRICUS sequitur Genitorem: Ditiore illo
Addidit hic quatuor patrijs ditionibus arces;
Et Clettenbergum, quod plurima fagus obumbrat,
Ac annis solvit duo quæ sublapta vetustas,
Kirchbergum, & Spatenbergum; dulcesq; legentē

B 3

Grusse-

Henricus I. F. Eiligeri II. Vxor Ebersteina.

Eiliger IV. F. Henrici I. Monachorū ord. prædicat. apud Isennacensis Prior.

Eiliger I. F. Eiligeri II. Vxor Vitha Burggræfia Madeburgica.

Theodoricus II. F. Eiligeri III. Vxor Hedvigo Artzia.

Henricus II. F. Theodoricus II. Vxor Mechildis Reinsteinia.

Greussenam apricis Autumno in collibus uvas.
Atqui has divitias fors hausit iniquior: Illum
Aere emungebat multo, ad tua, Fulda, fluenta
Qui rasam turbam dux, rasus & ipse gubernat.
Namq; ferum dum Martem infert hostilibus agris,
Fagineâ in sylvâ, densis ubi sentibus horret,
Agmine cum socio insidiis exceptus ab hoste,
Præfulis ære famem vix magno explevit avari.
Hunc propè MECHTILDIS splendet Reinsteinia
Illius genti, gelidâ quâ vergit ad Arctō, (Nymphæ
Hercynici dudum nemoris pars maxima paret.

Eiliger V. Canonicus. Vricus & Eiliger VI. FFF. Henrici II.

Hinc quatuor ramis se felix explicat arbos,
Addictus sacris primum tenet EILIGER aris;
Ora habet VLRICI filis expressa secundus,
Tertius EILIGERI fulvo radiantis in auro,
Qui cum germano nomen commune gerebat:
Atqui de his produnt nil præter nomina fastis
Usque adeò priscis valuere obliviam seclis.

Henricus III. F. Henrici II. Vxor Anna Ravensbergica.

HENRICO gravis est, Augusto pondere, quartus,
Fulda, tuis agris cum Patre hic intulit arma,
Et didicit quàm Gradivi sæpè alea fallat.
Iuxta illum est rami fæcundi in parte locata
ANNA, Ravensbergi quæ gente potente creata est.

Theodoricus V. F. Henrici III. Vxor VValdeccia.

Inde aliis ramus sese altius exserit, atque
Te, THEODRICE, tenet, qui tantum es nomine notus;
Participemque tori, cui gens VValdeccia dudum
Virtutis famâ celebratur in Hessidos oris.

Theodoricus III. F. Henrici II. Vxor Sophia Anhaltina.

At non tot ramis productis viribus arbos
Est exhausta, vigor potior, stirpisque propago
In robur totam sese transfudit: In illo (tentem
Conspicuis THEODRICVS ovat, Dominumq; posse
Se Sundershusæ, quâ VVipperæ oberrat & Helbis,
Et

Et fert Strausbergi, Vocksteti que; alluit Helmus
Turbidus hoc, illud sylvis & cautibus horret.
Cum, Northusa, tuos ageret vesania cives,
Ut sacra eiicerent, sanctumque ex urbe Senatum,
Ausu immane nefas: Non hoc tulit inclytus Heros,
Subiectique agri, & commercia sustulit urbis,
Scilicet ut duris urgens in rebus egestas
Cogeret hanc pia sacra, Magistratumque vereri.
Præstò illi est SOPHIE, Grajo quæ nomine dicta,
Inter Germanos est principe gente creata,
Omnes quæ quondam numeros implevit honorum,
Regibus, Ensiferisque datis, belloque, togâque.
Iam latè Hercyniæ sylvæ dominatur & Albi,
Vrsuque in clypeo gerit ungue & dente timendum.

A latere hinc terni, formosi pondere, rami
Surgunt. In primo notus sumto OTTO cucullo,
In folio Præsul splendet sublimis eburneo,
Indutus chlamydem gemmisque auroque nitentem;
Dextra pedum gestat, caput est insigne galero.
Ætatem, rigidus tuus hic, Bernharde, fatelles,
Ad vitreum VVidam fermè consumserat omnem.
Atqui jam tardâ vires minuente senectâ,
Imposuit sacrae Pietas illum alma Cathedrae,
Quæ Divi Prodromi, Divi quæ nomine gaudet,
Immitis lento quem torruit igne Tyrannus:
Sala pater placidâ quam præterlabitur undâ,
Gradivi priscum servant ubi mœnia nomen.

Valdior at primo & facundior eminent alter,
Teque; HENRICH, gerit dulci cum coniuge, multis
Qui frugi auxisti patrios ditionibus agros.
Te dominum agnovit Scharfelda in rupib. hærens,
Odera quas rauco cum murmure præterit amnis,
Hercy-

Otto F. Theodo-
rici III. Episcopus
Merseburgensis.

Henricus IV. F.
Theodoricus III.
Vxor Elisabetha
VValdeccia,

Hercynia occiduas quâ sensim vergit ad oras.
Quæ parebat avis quondam, tibi reddita Lara est,
Et Bleichroda tua est, hortis lætissima & umbris:
Atque arvo Cereri dilecta Heringia in aureo,
In quam Vulcani nuper desævijt ira:
Arteraq; Vnstrudis cui fætos irrigat agros.
Iuncta toro socio fuit huic VValdeccia ELISA.

Guntherus F.
Henrici IV.

GVNTHERVVM illa dedit, cui saltē nomine noto
Et suus augusto datus est in robore ramus:

Henricus V. F.
Henrici IV. Vxor
Mechtildis de Or
lamunda.

Et dedit HENRICVM, cui rari in fronte capilli
Illustrant faciem egregiam: Atq; illustrior actis
Fortibus est longe. Stygijs emerferat undis
Fæda Harpyarum illuvies, summi ira Tonantis,
Et nemorum densis se passim absconderat umbris.
Dum prædam huc multâ convectat cæde cruentâ,
Carolus Imperij Quartus qui sceptrâ gerebat
Augusta, Henricum jussis ingentibus urget
Magnanimum: videat, ne quid Respublica in oris
His detrimenti capiat. Iussa ille faceffit
Strenuè, Hierifluâq; excitis civibus urbe,
Mulhusâq; & Northusâ, socia agmina jungit,
Et lustrat vigili Hercynicos indagine saltus,
Atque receptricem prædonum, & nomine Erici
Dudum notam arcem victricibus eruit armis,
Et ter septenos capitis damnavit, inani
Furto lætatos, capite à cervice revulso,
Vel trabibus nectens obtorto vincula collo.
Hinc juga scrutatus prisca habitata Nariscis,
Eruit hic arcem post octo armatus aristas,
Cui dederant nomen, nemorum convicia, picæ,
Seu potius fluvius propè decurrentis Elistri,
Et captis laqueo bis senis guttura fregit,

Iusti-

Iustitiæ columen, rigidi & servator honesti.
Atqui, Eichsfelda, tuis arcem dum cingit in agris,
Cui nomen Rupes dat Gallinæque maritus,
Excipit Otto, potens Leinæ, nil tale timentem.
Heus ubi sancta fides? ubi nunc pax publica? dor
Induitur pedicas (mira indulgentia Iovæ) (mis?
Quas scelerum vindex prædonibus ipse pararat.
MECHTILDIS forti generosa est juncta marito,
Orlæ cui placidi signabant ostia gentem. (scit,

EILIGER hoc genitus, jam sacrâ in fronde nite-
Aequi & Religionis amor cui multus in ore est.
Quippè tuebatur gelidi hic Aquilonis in urbe,
Ipse sacris addictus, opes, quas sancta vetustas
Aris impositas tibi, maxime Iovæ, sacrarat,
Exstructâ æde, Crucis diæ quæ servat honores.
Hic ignes quondam vigiles cum perpete flammâ,
Turba illibata rea virginitatis, alebat,
Ceu quondam Vestam venerata est Roma profanâ:
At sexus melior Canonum nunc nomine falso
Turget, & edocti melius fit fabula vulgi.
Eiliger hic sacris operatus in urbe Diones,
Est quoque Mauricii Divi tutatus honores.

Tertius ALBERTVM ramus gerit ære rigentem
Duro, & signatum niveâ cruce pectus honestum.
Nomen enim dederat magnis Heroibus ille,
Qui terram sanctis habitatam Patribus olim,
Asservêre manu forti, Solymæaque Templâ,
Contra hostes CHRISTI, mentitos nomina Saræ:
Quorumq; est miratus opes post Sequana Dives.
Ast ubi sacra fames auri, invidiaque, doli que
Nocte unâ Heroas interfissent funere cunctos,
Alberto socia est lecti CATHARINA jugalis

C

Ducta;

Eiliger VII F. Hen-
rici V. Præpositus
Northusanz Ee-
clesiæ ad sanctam
Cruce.

Albertus F. Theo-
dorici III. Templa-
rius. Vxor Catha-
rina Stolbergica,

Ducta; verecundo nitet illa hinc aurea vultu: (tes.
 Gens erat huic, Chalybis quam signat nomine mo-
 Theodoricus IV. At meliore loco THEODRICI est cernere vultu,
 F. Theodoricus III. Fratribus ille prior generosum robur inaurat,
 Vxor Irmengardis Kefernburgica Ex se venturae duplicis spes incluta gentis.
 Est locus, Hercynicus saltus qua vergit ad Eurum,
 Foetis Tyrigetum veterum conterminus agris;
 Helmus lenè fluens medium rigat; illic densum
 Urget utrinque latus nemoris, coeloq; minantes
 Umbram agris spargunt sublimes vertice montes:
 Aurea dixerunt felices arva Coloni:
 Hinc quia flava Ceres largâ sua munera dextrâ
 Contulit, his etiam dum gnata in quærit in oris.
 Hinc Theodoricus feudali jure tenebat
 Fecundosque agros, & cinctas mœnibus urbes,
 Munere Fridrici, qui cultura Mysidos oras
 Arvaque pingua Tyræ omni ditio tenebat,
 Posteritasque tenet, gemini auctior ensis honore.
 Odit hic Harpyias foedas cane pejus & angue,
 Hæ namque Hercynicis cum prædarentur in oris,
 Agnato ille suas junxit cum sanguine vires,
 Atque, suo Henricus quis nomine dixerat, arcem
 Marte ferox justo excidit, fontesque cruentos
 Sanguine Tartareas descendere jussit ad umbras.
 Iuxta IRMENGARDIS picto quoque visitur ostro,
 Cujus gens dudum nomen sibi sumsit ab arce,
 Vitibus inferti quæ infecti nomen habebat, (vrs.
 Arx quondam celebris, lapidum nunc grandis acer-
 Tyrigetum sylvis ubi lenior exit Hiera.
 Hinc robur quinos felix habet ordine Fratres,
 Ramo quemque suo, sed dispere frondis honore:
 Stipite enim bifido binis felicius arbor
 Surgit

Surgit, & ostentat seros in fronde Nepotes;
Hanc sortem reliquis ter summus Iova negavit.

Hinc, BERNHARDE, sedes viduo fortissime ramo:
Militiæ & grave Martis opus, sub patre magistro,
Dum toleras, primis ipsum miratus ab annis,
Foedo Harpyiarum tua tincta est hasta cruore,
Nidum ubi deiecit sanie taboq̄ue fluentem.

Bernhardus F.
Theodorici IV.

Inde suo ramo gemmis auroq̄ue relucet
Præfulis ERNESTI vultus gravitate decorus:
In veteri Hemipoli folioque pedoq̄ue potitus,
Qui sacris avis bis quinos præfuit annos,
Indictos Stephano Divo tutatus honores.
Non fuit hoc juris rigidi observantior alter,
In studia & mores quoties advertit eorum,
Queis vitam puram labis scelerisq̄ue professis,
Religionis erat custodia credita sacra.
Hos legum frenis compescuit ille severus
(Sæpè a deo rebus respondent nomina) censor,
Ne fortè hircus olens fædè contagia labis
Adfricet pecori niveo, quod sanguine fuso
Aeterno CHRISTVS natus Genitore piavit.
Quid bello dextram promptam, mêtémq̄; sagacem,
Impete quid dicam quo sævos ibat in hostes,
Acer in adversos contendebatq̄ue Leones
Fridrici, natus clari qui sanguine Guelphi,
Imperii sacri scandens fastigia, summos
Et tulit, & miserè cum vitâ amisit honores?
Gratia nequicquàm hos inter malè sarta coibat:
At fera mors tantas potuit componere lites,
Vno & eodem anno quæ funere mersit utrumque,
Et virtute suâ Præsul sibi repperit hostem,
Cui si displiceas multùm, vel maxima laus est.

Ernestus I. F.
Theodorici IV E-
piscopus Halber-
stadensis.
Krätzius metrop.
lib. 10. cap. 38.

lib. 11. cap. 20.

C 2

Nescis

Nescia Germano satiari sanguine Hirudo,
Quæ ridet septem deceptum è collibus orbem,
Immeritum odit, ei que sacra interdixit & aras,
Balantemq; gregem haud puduit privare magistro.
Improbis atqui nec livor post fata quievit,
Namq; animam Præsul sanctâ cum redderet astris,
Sæviit in corpus Spinx Itala, turpis Hyæna,
Atque illi tumuli supremum invidit honorem,
Post annos septem Stephani vix divite in æde
Sanctas exuvias inferri passa sepulcro.

Henricus VI. F.
Theodorici IV.

Postremum fratrum, vastâ se mole ferentē (mis
Exhibet HENRICVM ramus suus. Hic quoq; in ar-
Magnus erat, partes Guntheri & castra sequutus,
Arcis Nigrantis qui gente potente creatus,
Imperii lacri cum vix cepisset habenas,
Haustis mortiferis poclis tibi, Carole, cessit.

Theodoricus VI.
F. Theodori-
ci IV. Vxores A-
delheidis Holfata
& Sophia Brun-
svicensis.

At THEODORICVS fratres prior eminent inter,
Arboris æthereas quâ pars exurgit in auras.
Illi cygnæas imitantur tempora plumas,
Atque gravem vultum decorat veneranda senectâ.
Claudit utrumq; latus conjux gemina: Inde parète
Holfato prognata Adelis: Sophie inde superbo
Edita magnanimi fuerat quæ sanguine Guelphi.
Ex jure atq; æque, post ultima fata parentis,
Fratribus hic reliquas latè concesserat oras,
Excelsæque sibi Rupis servaverat arcem,
Et jam pacificè multos possederat annos,
Ad seros transmissurus sua jura Nepotes,
Non tulit hoc Erebi pestis, furialis Enyo,
Quæ solet unanimes in prælia trudere fratres,
Et Theodoricum calidum vernantibus annis,
(Cui post Musa suam signabit in arbore sedem)

Occu:

Occupat effuso tacitè per membra veneno.
 Ille senis patruï res contemplatus opimas,
 Ingemit, & queritur fortem haud fauisse parenti,
 Hinc leges lasas, violataque jura profatur,
 Post clamat stimulis irarum percitus arma,
 Fridricumq; sibi jungit, natalibus ortum
 Magnis: Heldrungarn tenuit cum pinguibus arvis.
 Expediunt igitur vires, somnoq; sepultam
 Honsteiniam invadunt per amica silentia Lunæ;
 Infidiis muros superant, murisq; potiti,
 Excubiis habitis, captâ dominantur in aulâ,
 Et Theodoricum, canis annisque verendum,
 Indignum, vinclis & durâ compede stringunt:
 At gnato HENRICO laqueumq; necemq; minatur,
 Si fortè inveniant. Sed fors melior favet illi.
 (A patre proximus hic quippe est in fronde, fideq;
 Conjux insignis juxtâ VVinsbergica fulget.)
 Nam simul ac muros audivit ab hoste teneri,
 Nec jam posse manu defendi & fortibus armis,
 Consiliis inimici iras elusit inanes.
 Conjuge nam fidâ funes neclente fenestris,
 Turbâq; aligerâ, cui credita cura piorum est,
 Subjiciente manus, tecto est demissus ab alto,
 Et cursum celerans, hostis furor addidit alas,
 Ilfeldam petiit pede nudo, ac omnium egenus,
 A fido cœtu se digno exceptus honore est,
 Vectus quadrupede hinc omnes effudit habenas,
 Tyrigetumq; cito cursu properavit ad oras.
 Fortè ibi divitiis celebri cum fratre VVilhelmo,
 Marchio totus erat sumtis Fridricus in armis,
 Cui Sigismundus geminos post tradidit enses.
 Hos adit Henricus, solio sceptrisq; paternis

Henricus VII. P.
 Theodorici VI.
 Vxor VVinsbergica.

Pulsus ob invidiam, remq; ordine detegit omnem;
Viq; arcem ereptam, miserandaq; vincla parentis;
Et Martem ultorem tantis efflagitat ausis.
Protinus obtinuit, nec enim nisi iusta petebat,
Iamque indignatus Mars justis sævit in armis,
Ditiaque Helderungæ captæ sibi vendicat arva,
Finna jugis latè procurrens quæ altus obumbrat,
Limosisque undis foecundat turbidus Vnster.
Atque hac surreptam per vim soletur ut arcem,
Ius amplæ Henrico ditionis detulit omne:
Qui contrà fidi Ducibus se lege vasalli
Obstrinxit, tanto obsequium pro munere pactus,
Et fidei sanctè pactæ non defuit unquam.
Cum Constantinos muros Fridricus adiret,
Cinctos Acronio, Rheni stagnantibus undis,
Concilio ut pars magna foret, quo perfida Roma
Veri assertores Vulcano tradidit Hussum,
Et socium, quo Praga pio gaudebat alumno:
Præstò erat Henricus, Dominum comitatus euntè.
Pòst ultrix Cinerum cum gens, Dive Husse, tuo-
Pontificis pertæsa doli, scelerisq;, cucullo (rum,
Aemula quod nigro tibi turba, Epicure, tegebat,
Finibus efferret cædes & bella Bohemis,
Myfidos & Tyræ horrendum bacchata per agros:
Ensiferi fortis Fridrici Martia conjux:
(Pannoniis namq; ipse aberat cum Cæsare in oris)
Collegit Proceres, magnâ qui clade notarent
Ausichium, ruris quæ clara est porta Bohemi.
Hos inter fuit VLRICVS, non ultima Martis
Gloria: Is Henrico natus, patriæque, Duci que
Impendit dulcem pulcro cum funere vitam.
Inde suum ramum illustrat fulgentibus armis,
Mon-

Munsterus Cosm.
lib. 3. cap. 99.

Viricus F. Henrici
VII.

Monstratque ora hosti generosè objecta feroci.

Ad latus Ulrici fratris pietate IOHANNEM
Eximium Dryades posuère, ANNAMQUE jugalis
Participem lecti, claræ cui stirpis origo
Antiquâ ex sylvâ, fortis cui præsidet ursus. (mus,
Cum quondam insignis pietate & Marte V Vilhel-
Tyrigetum terræ qui ditia sceptrâ tenebat,
Hinc procul in Syrios peregrè contenderet agros,
Visurus, rex CHRISTE, tuam ter maxime tumbam,
Quâ requievisti tres post pia funera Soles,
Morte tuâ mitis cum crimina nostra piales:
Pars sociæ turbæ fuit haud postrema Iohannes,
Ac aurata domum rediit calcaria gestans.

Hos juxtâ mediis lucent in frondibus auro
Tres fulvo Heroës, quibus est ex arbore origo:
At frondes densas lenis fortè impulit aura,
Turbatis foliis subtus rami ergò latebant,
Firma quibus foeti tangebant robora trunci:
Atqui non penitus perierunt nomina fastis.

Eminet in primis LUDOVICVS grandior ævo, Ludovicus Præ-
Consilioque valens: Tanta huic prudentia, ut ejus positus Ecclesie
Arbitrio quamvis posses committere litem. Halberstadenfis.

Pheugaro in antiquo sacrorum munia dudum,
Officio saltem minor uno Præsule, obibat.

EILIGER eminet hinc pugnacis gloria Martis, nam occubuit.
Militem sacram quondam & pia bella professi Mart. Cromerus
Heroes, victis cum dantes jura Borussis, lib. 15. de orig. &
Tristia vicinis Litavis quoque bella pararent, reb. gestis Polono
Vel sua regna, pium vel Relligionis honorem
Christiados propagaturi: Hinc omnibus oris
Arma crepans multos Mars sub sua signa vocabat.
Eiliger annuit huic, belli & dedit inclytus Heros

Fortæ

Iohannes F. Hen-
rici VII. Vxor An-
na Anhaltina.

Ludovicus Præ-
positus Ecclesie
Halberstadenfis.

Eiliger qui ad Vil-
nam occubuit.
Mart. Cromerus
lib. 15. de orig. &
reb. gestis Polono

Fortē rudimentum, sed lamentabile, in agris
Sarmaticis hostem non segni Marte fatigant:
At dum fervidior succedit mœnibus urbis,
Vilna, tuos forti consperfit sanguine muros,
Et vitam dulcem pulcrâ pro laude profudit.

Sigismundus.

At SIGISMUNDVM nobis propiora tulerunt
Secla, tuum socerum, Princeps animose Georgi,
Qui in clypeo gestas metuendum dentibus ursorum,
Atque hinc, à forti quæ stirps est orta Iohanne,
In terram Arctoam, sic magnus Iova volebat,
Translata, Oceani foecundæ est confita terræ,
Hic ubi per campos virides Neræides errant,
Atq; novis titulis gentis priscum auxit honorem.
Sanguine namque rubens totus Iovis armiger ales,
Flaventi Grypho cum tristia bella moveret,

**Comites quidam
Honsteinæ Vici
radium acquirunt.**

Marchia ubi sterilis Pomeranos terminat agros,
Arcibus haud paucis Gryphum Iovis exiit ales:
Ex illis, Quatuor quæ est nomen adepta Rotarum,
Honsteinæ addixit stirpi, propriamq; dicavit:
Inde recens nomen quippè addidit illa priori,
Diviteq; externis quoq; flore innotuit oris.
Illa amplo latis cum nomine præfuit agris,

**VVolfgangus. F.
Iohannis. Vxor
Anna Honsteinæ.**

Oceani tumidas quâ Marchia spectat ad undas:
VVOLFGANGUM tulit hæc felici germine, no-
Qui sibi participem lecti delegit ab oris. (Istris
Nam velut Abramides agnatâ ex gente Rebeccam
Ex Carris quondam Cananæum excivit in agrum:
Sic, VVolfgange, tibi est agnati sanguinis ANNA
Vsq; ex Hercynico dilecta petita recessu. (Istâ,

Bernhardus F. Iohannis.

Est quoque BERNHARDVS fortis stirpe editus
Germanus, VVolfgange, tuus, sed te hoc minor ille
Quod stirpis foetæ non propagavit honorem, (est
Illa

Illā ex te frondens vivit, vivatq; perennē:

Te satus est acer verā virtute **VVILHELMVS**:
Divitis huic fuerat data Mysis filia Glauci,
Sed fatis, loci lecti sine pignore, cessit:

VVilhelmus F.
VVolfgangi. V-
xor Schonber-
gica.

Te quoque **MARTINVS** satus est, super æthera
Virtute, & famâ, & merito pietatis honore;

Martinus F.
VVolfgangi. V-
xor Maria Rein-
steinia.

Præses militiæ ille sacrae, post eruta bello
Mœnia Aces miseræ, Syriæ quæ tristibus oris
Cessit, Teutoniâque, solum natale, revisit,
Hac ut Christicolæ tuti essent vindice cœtus:
Hos Oderâ ad vitreum, flaventesq; Albidos undas,
Adq; oras, lambit quas fluctibus Amphitrite,
Martinus multâ virtute tuetur honores,
Vierradiumq; tenens, & pingua culta Sueti.

Maxime **CHRISTE**, virum serva cū compare dulci,
Cui commune tuâ est nomen cum virgine matre;
Quam gens Hercynicis Reinsteina protulit oris.

Nunc reliquum facilis, **Cleio**, pertexe laborem,
Stipitis alterius fastigia summa tenemus:

At revocare gradum decet huc, ubi roboris almi

Altera pars surgens Cœlo sua brachia tendit,

Inscripta Heroum dignissima nomina Cedro:

Hæc, simul ac paullum valido se à robore tollit,

Arte laborata **VLRICI** senis exhibet ora,

AGNESq; illustri Guelphorum sanguine natæ.

Hic quondam fratrum fuerat penultimus, atqui

Iam demum multis parasangis præterit omnes

Immensis opibus, claræq; propagine stirpis.

Oppidulum verus hic arvo acquisivit in aureo,

In clypeo vitulum quod gestat fronte minacem:

Et Schönverdam, Helmi piscosis auctior undis,

Vnster quam pleno tumidus circumfluit alveo:

Vlricus F. Theoa-
doricus V. Vxor
Agne Brunsvicen-
sis.

D

Clau-

Clausasq; Hercynicis sylvis V Vipprâ atq; Morun-
Et latebras quondâ latronum, nomine notâ (gam;
Henrici, celsis extructam in collibus arcem.
Impositam Thrasylæ vicino everterat arcem
Northusa, à Rostris dictam: Succensuit illi
Ulricus, Martemque fremens ex sanguine sumsit
Agnato vires, & civibus intulit arma.

Hinc agri pingues multo rubuere cruore,
Nondum congressi quos Zorga includit & Helmus:
Cædibus usque adeo immitis, vinculisque furebat
Gradivus, nunc huic parti, nunc æquior isti.
Nulla salus bello, Martis fera signa facestant:
Et faveat potior multis Pax una triumphis.

Theodoricus VII.
F. Ulrici.

Inde sedet viduo THEODRICVS in arbore ramo,
Livor inest vultu, signum imo corde latentis
Invidiæ. Invidiâ sceptro exiit ille paterno
Agnatos, Celsâ per vim dum Rupe potitur.
Atqui hanc non tenuit, sed magnis exiit ausis.
Nam dum formidat vires, irasque Leonum,
Hic nigris villis quorum, & bicoloribus ille, (bant;
Heldrungam ob facinus tatum valido ungue tene-
Continuo Honsteniam numerato vendidit ære
Bothoni illustri, juga cui vicina metallo
Parebant facunda. At Budæ ad læta fluenta,
Eiligeri prisci quæ gaudent nomine, rura
Fridrico cessit, nimum quod fidus amico
Esset is Heldrungâ, & ditione exutus avitâ.
At Dringenbergi, post quinas captus aristas,
Efflavit miseram dura inter vincula vitam.
Et sua Fridricum vindex est poena sequuta:
Namq; parum prudens tibi cum, Schartfelda, para-
Insidias, misero coeuntes rure coloni

(ret.
Obvia

Obvia ruperunt lethali pectora ferro.
 Discite mortales alienis posse carere,
 Nec miseri alterius rebus marcescite opimis.
 Ac frater, studio meliori & dispare vitâ,
HENRICVS medio fortis se in stipite tollit,
 Canitie rubeâ, & justâ gravitate decorus.
 A latere est **AGNE**, tanto benè nupta marito,
 Quæ quoq; Guelphorum fuerat lata gente superbâ.
 Hoc vivo Hercynicis passim turbatur in agris;
 Occulit arbutum quodvis feritate latronem
 Immanem, metuit sibi ab hoste viator ubivis:
 Propria quin Proceres vertunt in viscera dextras,
 Nec quis munitâ à vicino tutus in arce est.
 Non tulit ista Dice, Cœlo delapsa sereno,
 Dumq; ciet Proceres, cordi queis fasque piūque
 Sederat, augustâ mox convenère coronâ,
 Et pius Hemipolis, vicinæ & Parthenopææ
 Præful, & in clypeo gemini quibus ora Leonis
 Flavescunt rubeo, Albertus, Fridricus & Otto,
 Heröesque alii, paret quibus Hercynis ora,
 Quos tamen Henricus facile supereminet omnes.
 Præsudet alma Dice, legesque & iura coactis
 Dictat: Carpito iter tutum à latrone viator.
 Deprensi fædâ mulctantur morte latrones.
 Armis injustis vicinum lædito nemo:
 Esto reus capitis faciens secus. Omnibus unus
 Esto animus ferro sceleratam excindere gentem.
 Non ratio fontis, non claræ gentis habetor.
 Omnibus arrient leges, & fœdere dextris
 Iunctis, quisque suas cum pace recurrit ad oras.
 Non steterat pactis, hominis vesania tanta est,
VVernigeroda, tuus Theodricus, & impete cæco

Henricus VIII. F.
 Ulrici, Vxor Agne
 Brunsvicensis.

Kranzcius Saxo-
 nia lib. 10. cap. 6.
 & 7.

Reinsteinio multum latè prædatus in agro,
 Vi multâ dictam à Candore invaserat arcem.
 Conscijs at pacti, cui tanta injuria facta est,
 Foederis ad socios justas fert Bussio querelas.
 Nec mora cōveniunt: Cum Præsule Parthenopæo,
 Cumq̄, Duce Ottone est Henricus dictus, ut istis
 Iudicibus pactæ sua sit reverentia paci.
 Ergò die atque loco dictis læsoque reoque,
 In campo plano jurisq̄; æquiq̄; ministri
 Adsunt selecti; pars excita utraq; præstò est,
 Et jussa est nudo sub Cœlo dicere causam.
 Accusat pacis violatæ Bussio: pudore
 In terram oppositam Theodricus lumina figit,
 Nec quicquam latæ potis est obtendere culpæ.
 Ergò Dices famuli robusta repagula legum
 Tantis objiciunt ausis, & stamina vitæ
 Præcidunt fonti: Nemesis quos protinus ultrix
 Insequitur, fontem vitali lumine privans.
 Iustus enim famulus frontem ut perstrinxerat ense,
 Qui circumstant ferrum intra viscera condunt,
 Ipseq̄; stratus humi vitam cum sanguine fundit.

Ernestus II. F. Hen-
 rici VIII. Vxor
 Anna Stolbergi-
 ca.

Henricus IX. &
 Guntherus FFrr.
 Ernesti II.
 Munsterus Cosm.
 lib. 3. cap. 99.

Krantzius Sax. lib.
 30. cap. 28.

Auro conspicui hinc surgunt tres ordine fratres:
 Prominet ERNESTVS robusto in stipite, & ANNA
 Iuxta illum vultum conjunx dilecta serenat,
 Anna tuæ, Stolberga, haud infima gloria gentis.
 HENRICI hinc vultus elati in fronde nitescunt,
 Qui Constantinâ quoq; tum fuit hospes in urbe,
 Hulle, tuum corpus cum perfida flamma cremaret.
 Et demùm fortis GUNTHERI effulget imago.
 Hic tulit, ad Leinam qui habuit, pugnacis Erici
 Adversus fulvos cum fratribus arma Leones.
 Finibus at patriis dum pellunt fortiter hostem,

Et

Et multa absumunt hostilia corpora ferro;
Tandem succumbit virtus generosa favori
Martis, & adversæ cedit victoria parti,
Nostraq; pars multo redimit sua corpora lytro,

Anna sed Ernesto socialis pignora lecti
Ediderat sexus melioris quina: Decori
Auro hinc illorum visuntur in arbore vultus,
Atqui horum medii qui lætâ in fronde virescunt
EILIGER imberbis, juvenesque HERMANNVS &
In priscis saltem sunt noti nomine fastis. (OTTO,
Frater at ERNESTVS sese sublimiùs effert,
Manfurosq; parùm rami propagat honores.
Huic ADELIS nupta est, unâ hæc in fronde virescit,
Cui frater dulcis fuit Oldenborgicus Heros,
Nomine, CHRISTE, tuo dictus, cui munera quondã
Virtuti tribuens, diademate tempora cinxit,
Tanto Rege usque hæc in tempora Dania felix.
Atqui his fatum aliquod socios invidit amores,
Nam fratri Henrico datur ut VValdeccia nuptum,
Solennesq; epulas, pactæ & convivia tædæ
Exhilarans fictis Mars sævus ludit in armis,
Nescius Ernestus fati impiger induit arma,
Et tibi Quernfurdæ, Bruno, fama ultima Gentis,
Strenuus occurrit: valido sed fixa lacerto
Hasta illi elicuit dulcem cum sanguine vitam,
Nam post non multos clausit sua lumina soles.
Eheu quàm tenui pendent mortalia filo,
Ac hominum fragili quàm vita simillima vitro est.

At non omninò est Adelis deserta: IOHANNEM
Ante obitum ediderat miserandaq; fata mariti,
Omnis in hoc uno caræ stat cura parentis.
Aspicias ut decoret virides hic imagine frondes

Eiliger IX. Her-
mannus & Otto
FFF. Ernesti II.
Ernestus III. F.
Ernesti II. Vxor
Adelheidis Ol-
denborgica.

Iohannes F. Er-
nesti III. Vxores
Anna Quernfurd
dia, & Catharina
Gleichiana.

Conjuge cum geminâ; quarû Proto ANNA parente
Quernturdo est pgnata: fata altera Gleichide gente
Vnum habuit tecum nomen, pia filia Costi,
Cujus Sina regit, si famæ credimus, ossa.
Paruit huic Helderunga, ubi gens agnata remotum
Cessit ad Oceanum: Post vendidit ille Gebhardo,
Gente fato, priscus dederat cui nomina Mannus,
Mater erat quem lecto Adelis dignata jugali,
Et Clettenbergi dein gratâ degit in umbriâ,
Ceu quondam Syriam, LESV ter maxime, terram
Bislenâ mitis turbâ comitatus obibas,
Hercynicas quoque sic in equo sublimis obibat
Oras, turmâ Equitum totidem stipante, Iohannes;
Halberstada, tuos queis sæpè ingressus in agros
Inde domum rediit spoliis cumulatus opibus;
Quippè infesta tuo cum Præsule bella gerebat:
Invisa his adiit Northusæ mœnia, in ipsis
Prædam intercipiens, captivaque corpora portis,
Ensiferum demum Ernestum est comitatus ad urbem
Romuleam, pedibus libaret ut oscula Papæ,
Fraude remittentis pro admisso crimine pœnas.

Elliger IX. F. Io-
hannis.

ELLIGER hoc satus est: hîc illius ora videre est;
Non finit hunc fera Parca sequi vestigia Patris,
Nam necat ante diem raptum juvenilibus annis.

Henricus X. F. Er-
nesti II. Vxor
VValdeccia.

Primus at HENRICVS tot fratrum in stipite ful-
Atque unâ dulcis conjux VValdeccia, cuius (get,
Barbaries nomen Lethæis abluit undis. (mis,
Hic est quem quondam fortem est expertus in ar-

Krantzius Sax. lib.
I. 1. cap. 28.)

Exercens preciosa odia & constantia magno,
Martius Hemipolis Præsul. Non Præsule dignum,
Milite stipatus quondam hic prædatur in agris
Honsteniis, prædas prædis damnisque rependens.

Et

Et jam ruris opes, quas incolæ pauper habebat,
Lanigerumque pecus, distentoque ubere vaccas,
Convectando suas reditum maturat in oras.
Iamque adeo Hercyniæ sylvæ fera lustra tenebat,
Securusque domum, spoliis se iudice felix,
Pergebat, subito cum fortibus imminet armis
Impiger Henricus ciet & fera prælia Martis.
Insidiis prior ille viam præcluserat hosti,
Fossis eductis, dejectaque arbore multâ,
Cumque manu exiguâ numero, sed Marte valente,
Hactenus in densæ sylvæ se absconderat umbris:
At jam præsentem magno conamine in hostem
Fertur, & adversas frangit virtute phalanges.
Non expectatus Mars, & mens conscia culpæ
Incutiunt terrorem hosti: Contra arma ferentes
Conseruere manum pauci: mox agmine toto
Turbatur, fuga fit passim trepidantibus alis.
At spes nulla fugæ tuta est: Sunt invia lustra
Incisis ferro sylvis, fossaque paratâ,
Cænofoque lacu: Sed & hinc Mars sævior urget,
Cogitque in densas sylvas, fossamque, lacumque,
Ceum venator agit pavidos in retia cervos.
Mitior at se non multâ Mars cæde cruentat,
Deditioe capit, victoria nobilis, omnes,
Quotquot se dedunt, & corda ferocia ponunt.
Ergo sufficiunt vix captis vincula, multo
Qui ære dato post emertere ex carcere cæco.
Ipse fugas inter Præsul cædesque suorum
Elapsus vix ægrè, at non sine vulnere, Divo
Redditus est Stephano, femur ictus glande, recenti
Invento, brevis impulerat quam machina nitro.
Discite Pontifices armis non tradere mores,

Aris

Ernestus IV. F.
Henrici X. Vxor
Margareta Gerar-
na, & Felicitas
Beichlingia.

Munf. Cosmog.
lib. 3. cap. 349.

Henricus XI & Ei-
liger X. FF. Erne-
sti IV.

Vilhelmus F.
Ernesti IV. Episco-
pus Argentinens-
is.
Munf. Cosmog.
lib. 3. cap. 359.

Aris quin potius castos adoletis honores!
Bella gerant, quos Iova ter optimus induit armis,
Hæc impune alius, mihi credite, nemo capeffit.

Hinc solo ERNESTO foecunda est nobilis arbor,
Qui validum exornat binâ cum conjugè robur,
MARGARIDE, illustris quæ nata est sanguine gêtis,
Clarum pulcherrimus cui nomen fecit Hiera:
Atq; aliâ, FELIX cui nomen ab omine cessit
Felici: Gens hanc dederat Beichlingia, nostro
Aevo marcescens cujus defloruit arbor. (helmo
Agminis hic quoq; erat pars non postrema, V Vil-
Quod Duce Tyrigetâ Syrias tendebat in oras,
Viferet ut CHRISTI, pietas est tanta, sepulcrum.
Ludicris pubem Mars exercebat in armis
Germanam, in ripâ Pegnesi, ubi moenia surgunt,
Babæ Saxonicae nomen sortita puellæ:
Atque huc Teutoniis agris exciverat omnes,
Tota quibus veteres ornabant atria ceræ,
Virtutemq; quibus propriis extendere factis
Curæ erat; Ernestus venit illuc, nomine felix
Vtroque, & generis splendore, & fortibus ausis.

Germinat hinc senis ramis facundior arbor:
Aureus hoc sedet HENRICVS, sedet EILIGER isto,
Invida Parca quibus præcidit stammina vitæ,
Aetatem nondum ingressis virtutibus aptam.

Inq; suo antistes tuus, Argentina, VILHELMVS
Splendidior ramo est, gemmis fulgente tiarâ,
Atque pedo insignis, quo CHRISTI rexit ovile
Lustris septenis, templi tutatus honores
Augusti donis, æquanteq; sidera turre.

Quanta eius virtus, rerum prudentia quanta, (res
Hinc patet, ingenuas teneris quod ab unguibus ar-
Hausit-

Hausisset, studiis generosum pectus inaurans:
Quodque inopum miseris nosset succurrere rebus,
Omniaque officii sapienter munia obiret.

Non spurco fuit hic Epicuri de grege porcus,
Quales sub sacrâ multi tum veste latebant,
Nomine id indignû sacro est ratus optimus Heros,
Ergo pedum simul ac dedit illi sacra corona,
Orator jussus Latio sermone vicissim
Ad sacrum cœtum pro Antistite multa loquutus,
Ob foeda ingemuit malesacræ crimina turbæ;
Cui divinarum sit laudi inscitia rerum;
Otia cui potius quàm sint pia munia cordi;
Quæ incestet socios stimulante cupidine lectos,
Nec thalami expertem degat sine crimine vitam;
Immò quæ cæno vitiorum se inquinat omni:
Hortatus demùm studia ad mœliora coronam.

Hic fuit augusti pars non postrema Senatus,
Vangionum Cæsar quæ quondã excivit in urbem,
Ut magnum verâ pro Relligione Lutherum
Audiat impavido dicentem pectore causam.

Luth. Tom. 1. Ven.
Germ. fol. 43 8. b.

Non dicam, sumtu quæ magno tecta pararit,
Celsa ad aquã Rubeam quãdo innovat atria, digna
Quæ vel magni habitent cincti diademate Reges.

Munk. Cosmog.
lib. 3. cap. 147.

Non minùs hoc fulget viridante in fronde IO-
Martius, Herous cui p̄dit pectora vultus. (HANNES
Cum pietate gravis, magnusq; Georgius armis
Myfidos ex oris formidandum ungue Leonem,
Atrisq; horrentem villis, inferret in agros
Occiduos Phrisiorum, ut vindice Marte rebelli
Sumeret à populo pœnas, regnumque parentis
Alberti partum virtute, haud proderet ultrò:
Hunc, dolor atq; decus magnû rediture, Iohannes,

Iohannes F. Erne-
sti IV.

E

(Movit

Movit enim virtus, laudisque innata cupido)
Militiæ sequeris pars magna: At perfidus hostis
Mortiferis succis tincto tua corpora ferro
Læsit, & haud dubium certæ hinc occubere morti,
Heu, longè patriis te tardum vulnere ab oris
Et dulci fratrum complexu vita reliquit.
Sed tamen hoc mœstos, Heros, solabere manes,
Quòd cessit corpus patriis ex sanguine sepulcris.
Et quòd non dextrâ pugnantis cominus hostis
Occumbis, fallente cadis sine Marte sagittâ
Eminus: His armis ignavus tendit in hostem,
Et timidus superat non rarò Marte valentem.

Henricus XII. F.
Ernesti IV. Vxor
Susanna Bicken-
bachia.

Nec minor es splendore aliis HENRICE, SUSANNA
Cum dulci decoras tu Bickenbachide ramum: (NA
Ingenium tibi mite ex vultu ridet amœno:

Oria complexus tranquillæ civica vitæ,
Vixisti Elrichiæ caris cum civibus ævum,
Non multum absimilis cultu, sed jure verendus,
Iova Magistratum quo ornavit maximus olim.
Te vivo insanæ coierunt rure cohortes,
Ausæ stulta jugo molli subducere colla.

Franciscus F. Hen-
rici XII.

Hoc fatus, imberbem hîc est cujus cernere vultû,
FRANCISCVS dulcem violentâ morte parentem
Prævenit: Martis nam cum simulacra ciceret,
Acrem in vectus equum justis maturiùs annis,
Delapsus tristi finivit funere vitam.

Ernestus V. F. Er-
nesti IV. Vxor An-
na Bentheimia.

At viden' ERNESTVS, prior ex tot fratribus, ore:
Ut placido exornet robur: Bentheimidis ANNÆ
Aspicias ut vultu resplendat arbor amœno.
Iustitiâ fuerit prior, an pietatis amore
Ernestus dubium est. Pietate impensius illo
Ter summi nemo coluit pia jussa Tonantis.

Atque

Atque adeo ut coleret sacras operosius aras,
Credulus Ausonium dum non intelligit astum.

Ille suæ aspexit quoties insignia Gentis,
Bis senis spaciis quæ distinguuntur, & illa
Alternant semper niveo rubeoque colore:
Sic sæpè ore hilari præsentem affatus amicum,
Non leve pondus inest, dixit, bicoloribus armis.
Carolus Imperii Magnus cum sceptrâ teneret
Gente è Germanâ primus, normamque salutis,
Has sanctum CHRISTI nomen proferret in oras:
Nostram salvificis Gentem cum tingeret undis,
Illi hæc arma dedit, magnum & memorabile donum,
Ut sciret niveam se factam sanguine CHRISTI,
Iussit & illius seros meminisse Nepotes,
Nec ratione caret, spaciis divisit arma
Quod bis sex; Fidei sunt hæc pia tessera sanctæ,
A sociis bis sex nobis quæ est prodita CHRISTI,
Et cui iustrati sacrâ subscripsimus undâ.

Fœnore ac hoc illi cumulado Iova rependit,
Cui frustrâ nemo pius est: Nam divite censu,
Huic primo cœpit scrutanti viscera tellus
Argenti infecti magnas effundere moles,
Divus ubi Andreas signavit nomine montes.
Est adeo Pietas homini tutissima virtus,
Hæc & venturâ cui sunt sua præmia vitâ,
Iustitiæ documenta hæc accipe. Rustica turba,
Bellonâ stimulante, manu impia sumserat arma,
Iura Magistratusque negans sibi nata, nec ullis
Obsequiis, Furia rabies est tanta, tenetur.
Iamque agri Honstenii confluxerat incola VVidæ
Ad ripam, & sacram violarat turpiter ædem
Ingluvie foedâ, raptâ, miserâque ruina,

Advolat Henrico cum fratre Ernestus, iniquæ
Plebs fortè queat si animos lenire furentes.
At nihil obtinuit præter convicia, eâdem
Iussus sorte frui cum turbâ & nomine fratris.

Improba sic potuit nullâ ratione moveri (est
Plebs: Atqui horrendâ postquam de strage relatum
Turbæ, ad Francorum miserè quæ concidit urbem,
Diffugiunt omnes subitâ formidine pressi,
Et sua quisque petit pavidæ instar tecta columbæ.
Iura magistratus igitur dum Iova verendi
Afferit, & lævit passim Mars justus in oris
Germanis, sumens scelerato à sanguine pœnas:
Ernestus cum fratre, sui juris memor, omnes
Protinus Agricolas cogit dictisque minisque.
Est locus, Honsternios medios interfecat agros,
Scheidungam veteres fortè hinc dixere coloni.
Pinnigero lacus hîc immensus pisce natatur,
Agri quem circum pingues & prata coronant.
Huc iussi veniunt omnes, armata bacillo
Cortice nudato manus est; cor palpitat inter (natur
Spemq; metumq; hærens. Undamq; necemq; mi-
Ordo Equitum circum rutilans fulgentibus armis,
Hunc quòd læsisset foedis prior illa rapinis.
Cum fratre Ernestus turbam est miseratus inermè,
Non illum læsum jus, non convicia mordent,
Iure adeò ut stricto, quàm mansuetudine, malit
Sævire in fontes, & agros privare colono,
Id quod vicinis, miserandum, evenerat oris.
Ergò omnes vitâ donat, laribusque remittit
Vilibus, uxores ut alant parvosque nepotes.
O lenem patriæ patrem, ô placabile pectus.
Hoc est æthereum bonitate referre parentem,
Qui

Qui delinquentes sævo non protinus Orco
Fulmine demittit, sed, vitæ nobilis auctor,
Vult ut conversi vitali luce fruantur,

Sæpius hunc fecit felici prole parentem,
(Nam fæcunda pios Iovæ benedictio inaurat)
Anna tori confors focii, pulcerrima matrum:
Mascula gens unde hæc sublimi in robore floret.

CHRISTOPHORI impubesq; genæ, vernatïaq; Christophorus F.
Messiem promittunt largã virtutis: At omnem (ora Ernesti V.
Spem rapuit viridi violentia mortis in herbâ,
Nam fato immiti cessit juvenilibus annis.

At VOLCKMARE quibus VVOLFGANGE binos Volckmarus
Te cœlo verbis? Cũ Majestate verendâ (minis, æquẽ VVolfgangus, F.
In placido lenis tibi Gratia fessitat ore. Ernesti V. Vxores
Te Pietas & cana Fides, Astræaq; virgo Margareta Barbi-
Suspiciunt, ausæ te vivo invisere terras; ensis, & Magdale-
Tu proavos claros magnis virtutibus æquas. na Reinsteina.
Hic tinctus teneras primâ lanugine malas,
Fonte Medusæo sua suaviter ora rigavit,
Atque tuos adiit Regina Lutetia, muros,
Aureliamq;, Liger rapidis quam verberat undis,
Quæ tũm mansio erat doctis gratissima Musis:
Gentis ubi crebro est idioma edoctus ab usu,
Gallica ut in nostram sinuosa volumina linguam
Scitè transferret. Tentata est alea Martis
Hic illi, quoties pulcrum succurrit in armis
Versari, & famam claris extendere factis:
Utque daret documenta, esset quo sanguine natus,
Quamque graves Martis sciret perferre labores,
Sæpè pedes peditem est animosè illatus in hostem.
Cum, pia Parthenope, premeret tua mœnia bello
Mauricius, sacri Imperii benefida columna,

Hujus non parvam quoq; spem ponebat in armis,
Præstò namque aderat parvo discrimine mortis.
Sigetum & miseram bello everfurus Iulam,
Turca ferox dum Pannoniis grassatur in oris,
Vindelica sacrum mox cogit in urbe Senatum,
Quem penes est unum sacri custodia sceptri.
Arma fremunt omnes, suadet labor ultimus arma,
Queis tantum patriis depellant finibus hostem.
Consiliis tantis interfuit inclytus Heros,
Augustâque suas vix urbe reversus in oras,
Edicti observans sacri, sese induit armis,
Præsentique animo sævum cum Cæsare in hostem
Perrexit, dulcem, si sit Iovæ alma voluntas,
Non dubitans arisque focisque impendere vitam.
Atqui si meritò nomenque decusque meretur
Pellere vim, & justo se opponere Marte Tyranno,
Qui captis asper, nullam Sirena flagellis
Comparat, & tristi dat corpora plurima letho:
Quin potius summum nomenque decusq; meretur
Volckmarus, nulli pietate armisque secundus;
Prætereà Latio qui, indixit bella Tyranno,
Qui Stigiis animas mergebat sævior undis
Innumeras? Nam dum consutis fraudibus orbem
Implet, & Honstenium Sphinx Itala fascinat agrū,
Pro CHRISTI merito nobis mera somnia tradens,
Proq; uno multos obtrudens Numine Divos,
Et signis fictis ac bruto fulmine leges
Firmatas, verbo ter summi Numinis æquans,
Immò præponens, quæ confidentia menti est.
Non tulit has fraudes cum Fratrib. inclytus Heros,
Afferuitque piè tua nomina, dulcis Ias v,
Divorumque aris fictos abolevit honores,

Et

Et iussit templis Iovæ pia iussa doceri,
Commētis hominum explosis, ceu maximus olim
Monstrârat normam, Iovâ impellente, Lutherus.

Fecit & ad ripas VVidæ grata otia Musis,
Turbæ ubi rasæ olim, fruges consumere natæ,
Curæ erat ignavos pastu distendere ventres:
Illius auspicio hîc studiis addicta Juventus
Cum pietate bonas jam rectiùs imbibit artes:
Conterit inde sibi dulces Ecclesia plantas,
Quæ olim cum multis Iovæ mysteria pandant,
Sedibus æthereis fulgebunt syderis instar:
Hinc legit Eunomie, quæis sit Respublica curæ,
Qui pacē & pulcrum populo tueantur honestum.
Vnguibus hîc in opes sacras quondã involat uncis
Harpyia, ausa piis in castris ponere nidum.
Sedibus ex sacris Furiam pius expulit Heros,
Ac avido eripuit semesam ex ore rapinam. (dens,
illi utrumq; latus gemina uxor, in arbore frons
Aurea MARGARIS hoc, hoc MAGDALIS aurea clau
Edita Gête prior Barbeide ad Albidos undas, (dit
Illustrem peperit mater pulcerrima Sponsum,
Præter bis ternas præstanti corpore Nymphas;
Altera Reinstenio fata sanguine, vescitur aurâ
Aethereâ, & dulcis superest post fata mariti,
Bis senisque annis defuncti servat amorem,
Bis felix partu, infelix bis funere nati.
Clettenbergum illi paret dotale, benignâ
Vnde manu multum turbæ succurrit egenæ.

At non posterior tanto virtute VVILHELMVS VWilhelmus P.
Ernesti V.
Fratre futurus erat; procero in corpore robur
Arguit hoc, & vis animi, quæ plurima in ore est.
At medio in cursu rapuerunt invida fata.

Aurca

Aurea nam Galli dum lilia vellit Iberus,
(Nondum tranquillæ degebat tum otia vitæ
Carolus, Imperii Romani sceptrâ perosus)
Impiger Hispani Mavortia castra V Vilhelmus
Dû sequitur, medios generosè invecus in hostes,
Nec dubitans vitam pulcrâ pro laude pacisci,
Atrebatum forti consperfit sanguine campos.
Atqui nec moesti, miserum, invenere ministri, (pus:
Quod fletu & tumulo decorent, lacrymabile cor-
Id sine cognatis lacrymis, & honore sepulcri,
Cum turbâ putruit communi Marte peremtâ.
Mors adeò turbam vilem cum Regibus æquat.

Ebervvianus F. Er-
nesti V.

Apparent in EBERVVINI quoque plurima vultu
Semina virtutum; sed mors hæc demetit ante
Quàm matura seges lætis flavescit aristis.
Nam fatis cedens rigidis vernante juventâ,
Vitam in Tyrigetum fæcundo reddidit agro,
Vitiferis ubi se sub collibus Acëtis effert.

Ernestus VI. F.
Ernesti V. Vxor
Catharina
Schvartzburgica

Ad fratrem ERNESTVS virtute & fortibus ausis
Proximus accedit Volckmarum. Quantus in armis,
Et qualis fuerit, prælustria facta loquuntur.
Marchio Saxonis cum bella cieret in oris
Albertus, turbata ob publica commoda pacis,
Imperium sacrum quem vindice Marte petebat,
Mauricii ductu, qui Saxona regna potente
Tum dextrâ asseruit postremum, acrisq; Guelphi
Henrici; Ernestus iusta est quoque castra sequutus;
Et comitatus honos virtuti debitus illum est:
Namque Duces forti dextræ committere signum
Non dubitabant, quo salvo victoria salva est,
Quoq; labate labat. Nec muneris immemor hujus
Est, ubi concurrunt infestis agmina signis,

Rura

Rura ut nobilitent ingenti clade Siphardi:
Nam non terga fugæ, ceu corpora inertia, nudat,
Sed stationem ornat, nulloq; hinc Marte movetur,
Ac si dura filex, aut stet Marpesia cautes,
Est adeò certus vel ovans in castra reverti
Incolumi signo, vel certæ occumbere morti.
Hinc demum justæ cessit victoria parti,
Quamvis constaret non vili sanguine; victus
Est hostis, victor Dux atro est funere merus.
Alternat dubius clades sic sæpè Gradivus.
Hic magnum Guelphi pòst nomen gessit in aulâ.
Huic nupsit CATHARE gente è Schvartzburgide
Et binas peperit natas: Morte illa soluta est, (nata,
Illam connubio sibi gens Butbuschia legit,
Cui vasto Oceano circumflua Rugia paret.

Arboris augustæ sublimi in vertice Sponsus
ERNBSTVS demum gemmisq; auroq; refulget,
Et tot magnorum vultus miratur avorum,
Heroo quos ore refert, virtuteq; eosdem
Ut referat, tantæ gentis non degener hæres,
Ingenitam multo vim sedulus excitat usu.
Solus hic est, cui jam tellus Honsteinia paret:
Solus hic est, quo jam tellus Honsteinia fidit.
Hic est ad VVidam rerum tutela piarum.
Hic, velut appositis vincitur vitibus Vlmus,
A latere utroque est generosâ conjuge cinctus:
Quæ gelidâ, miserum IULIANA est pallida morte,
Albiadas inter formâ pulcerrima Nymphas
Quondam erat, antiquâ gente è Barbeide nata,
Illam ope destituit Lucina, ubi dulce parentis
Exspectat sextum nomen felicitis: At ejus
In Gnatâ geminâ rediviva elucet imago,

F

Quæ

Ernestus VII. F.
Volckmari
VVolfgangi. Vxe
res Iuliana Bar-
bientis, & Agne
Hbersteinia.

Quæ superest, mœstosq; Patris solatur amores.
Altera Ebersteniâ nata AGNE gente vetustâ,
Iam Sponso illustri lecto est sociata jugalis;
Illa genis teneris Pæstana rosaria vincit:
Vni contribuere omnes sua munera Divæ:
Excoluit mentem Pallas, faciemque Dione,
Pulcra Charis lætos oculis afflavit honores:
Donaque promittit facilis sua pronuba Iuno. (m̄)

Vicinum inde premunt nō magno pondere ra-

Eiliger XI. & Volkmarus
VVolfgangus FF. Volckmari
VVolfgangi.

EILIGER, & patris VOLCKMARVS nomine gaudēs
VVOLFGANGVS, fratres Sponsi, duo corcula, quo-
Qui niveâ insignis veste est, vitæ ille caducæ (rum
Quina, heu, vix vidit reparantem cornua Phœben.
At cum vixisset gelidæ tria tempora brumæ,
Vere novo ætheream concessit & alter in arcem,
Illi ubi perpetui jam rident tempora veris:

Ernestus VII.
Volckmarus
VVolfgangus F.
Ernesti VII.

Annuit hæc Coelis ætati Iova tenellæ,
Innocuaque fide si quæ illius æmula turba est.

Volckmarus
VVolfgangus F.
Ernesti VII.

VOLCKMARI demum VVOLFGANGI in vertice
Arboris augustæ generosa apparet imago: (summo
Sponso erat hic magnum gentis fatus incrementū,
Quem tantum nobis ostendit Iova, nec ultrâ
Esse finit, Coeliq; in lætam hinc evocat arcem,
Ambrosiæq; illi liquidos perfundit odores,
Dum numerat vitæ vix tres brevioris aristas.

At te jam supplex oro, ter maxime Iova,
Immenso vegetas qui Numine quicquid ubiq; est;
Perpete da ramo generosa ut frondeat Arbos,
Huic quam conseruit quondam tua dextera terræ:
Mitis eam irradiâ divini Numinis aurâ,
Et tinctam ætherei fœcunda aspergine roris,
Illam frondis honor lætæ ne deserat unquam.

Illius

Illius ut capret patulis sub frondibus umbram
Turba, tui augusto quæ gaudet nomine Nati,
Quæque tibi placitæ canit hîc præconia laudis,
Et canet æternis quondam tua numina seclis.



F 2

IN TVMVLVV
ILLVSTRIS ET GENERO-
SÆ COMITIS AC DOMINÆ, DN. I V-
LIANÆ, nata ex Comitibus Barbiensibus, Illustris
Honsteinij Comitis ERNESTI coniugis prioris sua-
visima, quæ in vera Filij Dei fiducia,
obijt Anno à nato Christo 1590.
8. Novembris.

IMmitem falcem quasvis immittit in herbas,
Et matura parum Mors metit improba.
Sic, IULIANA, cadis magnis natalibus orta,
Ævi sic agitur dum tibi ver, cadis.
Difficili cadis, heu, Lucinæ fracta labore,
Ut quondam Ifacidæ nupta cadit Rachel,
Dum frustra Ilithyiam Ephratæo implorat in agro.
Atqui non poteras, ceu illa, superstiti
Dicere dulci oneri moribundâ voce, Ben Oni:
Nam solis, miserum, non fuit huic jubar
Visum, ante æthereas quia vitam finiit auras,
Maternoque animam reddidit in sinu.
O duras fati leges, ô horrida jura,
Quæ turbæ innocuæ parcere nesciunt.
Tantum virus habent priscae contagia culpæ,
Sub leges vocat hæc omnia, Mors, tuas.
At IESV, mortis nigri & destructor Averni,
Ad te confugimus, te prece supplice
Poscimus orbi, heu, matre, ac, heu, qui sceptrâ parentis
Quondam debuerat jure capessere.
Vtrumque Ambrosiæ Cœlo perfunde liquore,
Dudum es promeritus sanguine quem tuo.
Da superet nobis ERNESTVS ut inclytus Heros,
Nostri præsidium & dulce decus soli:
Quem solum veluti radians nos sydus in alto
Iactati tumido suspicimus piè.
Sit pater hic nobis, sit mater, sanguinis hæres
Nobis Honstenici plurimus hic erit.

In

IN TUMVLVM

ILLVSTRIS ET GENERO-

SI COMITIS ET DOMINI, DN. VOLCKE

MARI VVOLFANGI, Illustris Honsteinij Co-

mitis ERNESTI filioli, qui placide obdormi-

vit Anno à nato Christo 1586.

16. Decembris.

HAs Iovæ sacras quicunque intraveris ædes,
Quod paucis monitum vult Libitina, lege.
Honsteniæ ERNESTVS terræ columenq; decusq;
Quo sub pax populo est, Relligioq; viget:
Eiligerum propter fratrem, dulcemque parentem,
Huc posuit Gnati frigida membra sui.
Heu quantâ VOLCKMARE tui VVOLFANGI pa-
Heu quantâ populi spe cecidère tui. (rentes,
Nam ceu, vere novo quæ flore incanuit, arbos
In multam cupidos spem trahit Agricolas;
Frigidus at Cœlo simul ac descenderit imber,
Spem ludens miseris impete fundit humi:
Maturæ frugis sic spes jam ceperat omnes,
Oscula libaret cum tibi prima parens:
Debita sceptrâ tibi patris, stirpisq; propago,
In patrem solum denuò quæ recidunt;
Nam te tres terris vix Iova ostendit aristas,
Ad seque æthereas iussit adire domos.
Nectar ubi potans securaque pocula, linqvis
Hærentes inter spemq; metumq; tuos.
Hæc lege, nec grave sit tibi dicere: Da, pie Iova,
Sanguinis Honstenii ne decus omne cadat.

F 3

IN



IN TVMVLVM
ILLVSTRIS ET GENERO-
SAE COMITIS ET DOMINAE, DN. MA-
RIAE MAGDALENÆ, Illustris Honsteinij Comi-
tis ERNESTI filiola, quæ piè defuncta est
Anno à nato Christo 1590.
5. Ianuarij.

HVjus præsidium & dulce decus soli,
ERNESTVS quoque in hac inclytus urnula
Perfusas lacrymis exuvias piis
Inclufit MARIAE MAGDALIDOS suæ.
Natarum fuit hæc prima, tenellulas
Cui pressit generosa ore parens genas.
Mortales sed eam sexta ubi viderat
Bruma inter, miserè vivere jam piget:
Mortale ergò quod est ponit, & æthera,
Quæ longè est melior, parte sui involat.
Namq; huc CHRISTE vocas optime maxime,
Amplexu ut foveas Ambrosiâ imbuens.
At tu, qui legis hæc; Si tibi pectoris
Humani quid inest; sortem hominum gemens
Ob communem, animo concipe Coelica,
Quæ ætati teneræ Rex pius annuit,
Et si qui similes, parvule grex, tui
Freti ipso fuerint innocuâ fide.

IN TVMVLVM

ILLVSTRIS ET GENERO-
SAE COMITIS ET DOMINAE, DN. ELI-
SABETAE, Illustris Honsteinij Comitis ERNESTI
filiolæ, quæ piè defuncta est Anno à nato
Christo 1588. 29. Septembris.

Hospes quæso gradum siste parum, & lege.
Heros, Rupis honos unicus Editæ
Qui nobis superest, ELISABETHVLAÆ,
Quod mortale fuit, condidit hîc suæ.
Hanc limis oculis invida viderat,
In cunis posita ut luderet, Atropos,
Et mirata decens os, Patris æmulum,
Matrisq; esse equidem crediderat Deam:
Sed, depensus ubi est error, eheu manu
Immiti libitum est stamina rumpere,
Quæ, Herois, tibi vix currere cœperant.
At non hâc nocuit, nam potior tui
Pars Coelo fruitur, gaudiaq; ex sacrae
Aspectu Triados plurima concipit:
Migranti hinc citò, ut hæc perciperes citò.
Hæc scires volui, quô libet, hospes, i,
Cumq; omnes mancant fata, tibi cave.




IN IUVVLIVM
ILLVSTRI ET GENERO-
SAE COMITIS ET DOMINAE, DR. H. I.
CHRISTO 1587. 20. Septembris.


Hesperus quae gradum ille parum & lege.
Heros. Rupis honos unicus habet.
Qui nobis iudex, EST ABRAHAMAE.
Quod moris sui, condidit hic ius.
Hanc limis oculis invida videt.
In canis postea veludet, Aponos.
Et miris decens os, Paris exornat.
Almas, esse eundem credidit Deum.
Sed deum, ubi est error, chon mas.
Iamvis, hunc est flamma, impet.
Qua, Heron, ubi vir curte cepit.
At non haec, non, non, non, non.
Pis, Coto, hunc, gaudia, ex fact.
Alpctu, Thados, parina, concipit.
Migraui, hinc, clio, ut huc, percipies, clio.
Hic, totos, volui, quod hinc, hinc, hinc.
Cum, omnes, manet, hinc, hinc, hinc.











AB 113 723


ULB Halle

3

002 387 581



TA → a



ARBOR FAMILIAR
ILLVSTRIVM ET
GENEROSORVM COMI-
TVM HONSTEINIORVM,

POEMA

ILLVSTRI ET GENEROSO
COMITI AC DOMINO, DN. ERNE-
STO Comiti Honsteinio, Domino Lara & Clet-
senbergi, Monasterij VValckenre-
densis Administratori,

Cum

ILLVSTRI ET GENEROSA COMI-
TE AC DOMINA, DN. AGNE COMITE EBER-
steinia, Domina Neugardij & Massavij, secundas
nuptias celebranti Anno à nato CHRISTO
1592. 18. Iunij, sacrum.

Cum Epitaphijs breuibus generosæ prioris Coniugis,
& liberorum communium piè defunctorum.

Auctore

HENRICO ECKSTORMIO *M. Ecclesiæ*
& Scholæ VValckenredenssis Pa-
store & Rectoris.

Ienæ Typis TOBIAE STEINMANNI,
Anno cl. 15. XCII.